

si maxima est, ac tametsi est inanis, suisque nodis articulisque distincta, sua tamen firmitate pro ædium minorum sæpe postibus statuitur. Lancearum etiam hastilia ex tenuioribus fiunt, & in sexcentos alios usus, quorum longa esset narratio, adhibetur. Hæ arundines non nisi in provinciis Australibus gaudent, sed earum tanta est copia, ut regno sufficiant universo, vixque alterius ligni usus vilius comparetur.

In focum non lignum solum, carbones, arundines, stipulamque suppeditat, sed bituminis genus est, quale apud Belgas, maxime in Episcopatu Leodiensi, eruitur, ipsi *Mui* vocant, quod in omnem ejus generis usum accommodatissime adhibetur, neque fumo molestiam faceffit. In Borealibus tamen Provinciis copiosius est ac præstantius, natura scilicet necessitatem adjuvante. E terræ visceribus eruitur,

quæ